

sidet voluntati, quia licet forte voluntas sit nobilior intellectu ^{a)} aut e converso simpliciter, tamen secundum quid in nonnullis inferior potentia precellit superiorem. Ad argumentum factum in principio questionis dicitur, quod in meliori dispositione fuit universum in Christi resurrectione, quando ecclesia fuit confirmata, quam in eius nativitate, in qua nondum erat exorta nec humana natura adhuc reparata, et quanto ^{b)} plus processit ^{c)} ecclesia, donec fides catholica sic fuit declarata, ut spiritualia temporalibus ^{d)} preferrentur etc. *) **).

^{a)} intelligitur *P 2.* ^{b)} *so P 1 P 2; vielleicht* quando *zu verbessern.*
^{c)} processa *P 1.* ^{d)} *fehlt P 2.*

*) Explicit questio per seraphicum doctorem magistrum Franciscum de Mayronis ordinis minorum provincie Provincie et conventus Digne determinata per istam questionem: Quod in universo secundum optimam dispositionem sui non est dare secundum rectam rationem aliquam monarcham seu principem universalem in temporalibus, quin ille subsit temporaliter et etiam in temporalibus principi spiritualium utpote pape. Scriptum in Montepesulano per me fratrem Amedeum Boverii conventus Biteranii anno 1423 et die VIII. madii. *P 1.*

**) Explicit questio a Francisco de Maronis determinata, quod non est dare monarcham in universo sic quod non subiciatur alicui puta pape in temporalibus. *P 2.*